

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy.

zespół (fond) 45.

Archiwum Dziaduszyckich

Część I. Rękopisy Biblioteki Poturzyckiej Dziaduszyckich.

187. Tłumaczenia Marcina Piwockiego prac Bartłomieja Zimorowicza dot. historii Lwowa. 1834.

K. 234.

130

КНИЖКА БИБЛИОТЕКИ
АН УРСР

08

ДЛЯ РУКОПИСЕЙ

Сталин. 194

u. p. w. o. c. h.
G. d. m.

Codex archivalis
Civitatis metropolitanae Leopoliensis
est originali transcriptus et recognitus
auctoritate.

nunc curā Martini Piwocki ~~Mag. Regii huma-~~
nicum professoris in ^{Regio} Gymnasio Leopolitano, ac Do.
mericanus cum notis

de Actis editus.

nunc curā Martini Piwocki Humaniorum professo-
ris in ^{Regio} Gymnasio Leopolitano cum notis philo-
logis.
in lucem editus.



Historia est memoria vetustatis.

Cicero.

Praefatio.

Cujusvis lectoris hujus operis interesset, procul
 dubio scire prius, quisnam fuerit ille auctori Timoro-
 rowicz? quo videlicet tempore, et quando hoc scripse-
 rit opus? Licet primae duae quaestiones per S. Tho-
 dynecki Carmelitam in opere edito: De plebis Polo-
 norum viris, jam sint soluta, tamen et Nobilis Ma-
 gistratus Leopoliensis ad similem quaestionem sub
 anno 1770. per PP. Basilianos factam ejusmodi teno-
 ris scripto tenus exhibuit responsum: Proconsul et con-
 sules Urbis Sae. Regiae Majestatis Leopoliensis Me-
 tropolis Russiae in regno Poloniae. - Universis et sin-
 gulis, quorum interest, notum testatumque facimus presen-
 tibus litteris ad affectationem Ad. R. P. Basiliano-
 rum monasterii Leopoliensis ad aedes S. Georgii Marty-
 ris extractis, a quibus patribus expetitum est, ut testa-
 remur, quo anno et tempore videlicet nobilis Timorowicz?
 et opus suum hoc edit. Descriptionem urbis metropolitanae
 Leopoliensis cum circumferentiis consummaverat? - Nos
 itaq. visis actis consularibus, atq. libris typo impressis
 quorum uni titulus: Triplex Leopoli. Alteri: Viri illu-
 stres. Devenimus, quia ipse circa annum 1660 ipsum vi-
 derat, et jam notariatus consularis officio fungebatur,
 ac brevi consul factus, et notitia actuum consularium
 imbutus libros praefatos, in quibus Descriptio urbis
 Leopoliensis cum circumferentiis, continetur, inchoavit,
 ac tandem circa annum 1672, consummavit, et typo impri-
 mi fecit. In quorum fidem praesentes sigillo Urbis dom-
 inari jussimus. Datum Leopoli in praetoria die pri-
 ma Mensis Augusti anno Domini 1770. Martinus Illerco-
 nius proconsul urbis Sae. Regiae Majestatis Leopoliensis
 et S. Franciscus Naverbus Tashkiewicz Sae. Regiae Ma-
 jestatis Secretarius et officii consularis Leopoliensis
 Notarius imp.

Juxta hocce assertum Regii Magistratus Leopoliensis
 cura ipsius auctoris Timorowicz. Descriptio urbis Leo-
 politanae typo impressa esse videtur; attamen hoc asser-
 tum verum esse non potest, siquidem praeter opusculum
 de viris illustribus, quod in pluribus bibliothecis
 reperitur, typo impressum, triplex Leopoli. hucusq. in ma-
 nuscripto

manuscripto laudum manet. Quod si enim hoc descriptio
typo fuisset impressa, non oportuisset certe pp. B. B.
Milianos adeo sollicitos in augenda sua bibliote-
ca et originali suum perscribere manuscriptum, et
testimonium Magistratus de eodem in castro Lyda-
croviensi inscribendum sub anno 1768. curare, con-
tenti fuissent proculdubio jam tum impresso ope-
re. Deinde si haec opus jam typo fuisset impressum
reperiretur certe et in aliis procerum in bibliotheca
Patericiana Varsoviae quo saepius, ubi notam, Petropo-
lim transvecta est, et Caramisino hircicam impre-
ssam Russici eo tempore compilanti jam suffecisset et
tamen pro memoriae D. Basilii Pukolnik sub R. D.
p. m. A. L. P. Modestum Hryniewiecki Basi-
lianum cui se rogabat, ut ei pro adiuvando D. Caram-
isino in ejus litterario labore hocce manuscriptum Li-
morovii ad tempus concessum Petropolim transmit-
tere vellet, quod manuscriptum Limorovii ~~recepisse~~ si-
mul cum effigie principis Leonis recepisse Petropo-
lim missum et postea remissum est.

Notuit esse firmam et constantem propositum Limorovii
opus suum typo impressum videntur, sinister tamen
causa aliquo contigisse videtur, ut illius non satis
fieret votis. Proinde gratis vixit A. L. P. P. Basil-
ianis pro hacce saltem copia praefati manuscripti of-
ficiose approbati, uti lectori ad calcem operis inno-
tescet, quodum fideliter conservata. Sciendum est e-
nim manuscriptum originale per Limorovium con-
scriptum, unde pp. Basiliani anno 1768. suam de-
scribere copiam in archivo Nobilis Magistratus
Leopoliensis fere ad finem saeculi XVIII. integrum
conservatum fuisse, hoc tempore primo, tertiae olim
id. p. m. A. L. P. ~~Modestum Hryniewiecki~~ Basiliano
hoc inquam tempore D. Thaddaeus Crachi Lycei Bre-
menensis Mocoenas pp. Basiliano Leopoliensis
impense sollicitare coepit, ut ei suam manuscri-
pti approbati copiam pro certo condigno pretio cedere
vellent, verum repulsam expertus, quia pp. Basiliani
id se facturos abnuerunt, sed suaserunt ut sibi aequa-
re ac illi et manuscripto originali in archivo Leopoliensi
reperibili copiam faciendam et approbandam curaret, et
ecce

ecce tibi casum memoratu dignum pro urbe Leopoldina
nu! nam D. Orachi p. p. Basilianorū jam dedit solli-
citare et manuscriptum originale in archivo ur-
bis Leopoldinae disparuit.

Iste mihi per R. P. Kompaniewicz Basilianum enarra-
tes casus de manuscripto originali Timorovi firmam
et constantem excidavit propositum hocce manuscri-
ptum legendi perscribendi et si esse poterit in lucem
edendi, quando neq nobili Regio Magistratui, ne-
que illegitimo nunc possessori tam rarum opus seu-
lum usui publico tradere non libuit.

Verum hanc mihi tantum gratiam apud benevolos
lectores exponendam statui, ne mihi, si quod vocabu-
lum perpetam perfectam fuerit, id vitio vertere ve-
liat, sciendam enim est me inter quotidianos schola-
sticos labores tantum legendo et perscribendo lati-
no manuscripto integrum frausegisse annum: dein-
de deficiuntibus subsidiis, nam manuscriptum ori-
ginale tanquam fons purissimus sacrilega manu
plagiarii, uti superius, captum est, oportuit
me querere filium cogitationum auctoris in crassis
locibus copia perscripte innumeris scabulis mendis.
Habui quidem inter magis labores et alia exemplaria
hujus manuscripti ad manus, uti: ad bibliothecam na-
tionali Ossolinseana: et archivo Nobilis Regii ma-
gistratus Leopoldiensis: tum a D. Mause Professore
Historia in alma universitate Franciscana Leopoldensi,
verum convictus omnia haec exemplaria manuscri-
pti e copia p. p. Basilianorum esse perscripta et adhuc
pluribus scabulis mendis, ubi loco Argilletum, Arela-
tum, loco coegit cogit, loco agetarbo, aegefartov, lo-
co bajulas baculis, loco Lipsana Sissana, et his, in ve-
nicis, similia: consutis itq duxi manere penes copi-
am Basilianorum, et in modis dubiis conferre
cum p. Kompaniewicz Basiliano, cui hoc manuscri-
ptum melius erat notum. pro circumstantiis ista q
temporis et mearum virium licet cum maximo
labore offro ~~hanc~~ hocce manuscriptum Timorovi
publico nunc usui omnium.

Quod attinet internam valorem hujus operis, quovis
creditorum lectorum suum pro libitu ferat iudicium.
ad den.

addendum solummodo putavi excerptum ex ephemeridibus Petropolitianis, quod in miscellaneis ephemeridum Leopoliensium sub die 20 Aprilis 1822 anni sub numero 46 de hoc manuscripto legeram. Cō scilicet tempore duo docti viri jussu Imperatoris Rossie peregrinabantur colligendatum antiquitatem capsa, quorum unus videns hic Leopoli manuscriptum Timorovii hoc dixisse fertur: In studio historico respectu urbis Leopoli tantum parum adhuc est derudatum. Unum solummodo inveni manuscriptum latinum, et hoc est monasterii sp. Basilianorum ad Aedes S. Onofrii proprium. Auctor ejusdem est quidam Timorowicz olim proconsul Leopoliensis intra annos 1640. et 1660.

Sam vero pie memorie A. R. P. Modestus Heynie, vicarii Basilianus olim Rector Magni in Alma Coes. Regia Universitate Franciscæ Leopoliensis tale operi huic addidit prologium: Benevole lector! In hoc codice manuscripto celeberrimi Josephi Bartholomæi Timorovii Consulis Leopoliensis inveniens proculdubio multa memoria hominum dignissima, que apud alias auctores non invenies. Siquidem ille solus et monumentis Leopoliensibus hanc historiam Urbis magna et parte compilaverat, que aliis scriptoribus ignota fuerant. Interim tamen, quia idem Timorowicz omnia facta Latino-rum seu Polonorum semper impense laudat, e contra vero Præcorum seu Ruthenorum etiam bona, si non vituperat, saltem sinistree describit proinde in illum optime quadrat illud dictichon, quod in Joannem Franciscum Poggium Florentinum scripserat Actius Synderus sequenti modo. Dum patriam laudat, damnat dum Poggius hostem Nec malus est civis, nec bonus historicus. Et merito; virtus enim etiam in hoste laudanda venit. Ac proinde etiam Poggius non semper Florentinos laudare et hostes illos vituperare debebat, similiter et Timorovius. Quia meritoq. Timorovio hoc partium obijcitur vitium; attamen illud vitium non illi, sed potius illorum temporum

temporum genio est imputandum, quibus Timorogius
 viderat; vidit enim propriis oculis, quanta eo tempore
 socius lascivientes Caesari Ucrainenses simul cum
 plebe Ruthenica et Tartaris in heterodoxos preser-
 tim autem in polonos saevierint in caedibus crude-
 litate? quod et Simeon Timorovior in suis idilli-
 is et ipse Narurrevior sufficienter ostendit.
 His itaq; offensus Timorovior Ruthenis addicto
 non potuit esse animo, nequaquam tamen fidem vio-
 lavit historicam.

Ceterum, qualemcumq; mea opella educta fuerit
 sortem, tamen adfirmare audeo me inter meos quo-
 tidianos labores et jam vesperascente vita plus
 publico partitipere usui, quam illum plagiarium
 originalis manus scripti Timorovi, apud quem
 sine omni usu blattis depascendum delitescit.
 Legeat velim illam fabulam Germani poetae de
 Phylace, qui sereno confectus ore sapidum curto,
 divit solus eidem consumendo impar.

Synopsis.

Perum consecutarum a dedicatione operis usq. ad Leopoldum
Rufficam.

1^o prophetias. 2. Nomen Ruffia. 3^o Origo Ruffia. 4. praeviano-
viones de Sarmatis. 5. De Axtolanis. 6. De Mandatis. 7. De Sol-
tis. 8. De Slavio. 9. Divitia Ruffia. 10. Reliquis Rufforum.
11. Reges Ruffia. 12. Ruffia Poloniae addita.

Perimclytis

1.

Perinclitis senatus Leopoliensis
Nobilissimis viris.
D. D. Consulibus.

Injuriam gravem praeclearo Nomini Vestro infligere, quicumque Leopoliu, cujus potior pars estis, amplioribus laudibus cumulandam censeret, supra, quam ab universa Polonia laudes accepit, postquam, ornamentum, testamentumque Ferrarum Russiae, ore totius Regni pronuntiata est. Quis uno acroamatae quid amplius ad famam ejus fingi, aut illustrius ad gloriam dici a quopiam poterit? cum omnes omnium panegyres in se complectatur. Nonne gacerium pleraque extornarum urbium lata admodum agnomina indita habere, in usque sibi applaudere. Etiam nunc Romam caput mundi, orbis magistra, Antiochiam Theopolim, Damascum oculum orientis, Panormum hortum Siciliae, Turingiam lumen Germaniae, Hyberniam patriam vacatorum, Antverpiam scellum urbium, Latii Florentiam lumen, maris regionem Venetiam nominari audimus. Verum hujusmodi adulteria vocamina e cerebro fabulosi poetae, aut logocledoli historici promanasse nemo infitiri potest. Quorum vernantia ingenia elegantius factitiorum verborum potissimum solent scaturire. At Leopoliu non domestici praecursoris elogio, aut professoria scriptoris umbratici lingua, sed publico amplissimum Ordinum Regni oraculo secus et munimen Russiae adpellatam maiore testimonio et praecursorio non indigere vel ipsa invidia fatentur. Palmarium viguiderum est virum magni nominis encomiasten habere. Quid totam illamq liberam Kempublicam, cujus gloria coelos ascendit? Prorsus ne ego tanta dignationi de meo quidquam aspingere presummi comitibus tantummodo ^{centuratiis} plausum, Leoni autem Vestro in vobis varmatico hospitanti pompam face historiali adde statui. Quamvis hanc quoque facem

Solut

2.

Solus amor patris ratione valentior omni
subdiderit mihi, ut in recensendis rebus domesticis fa-
cundia civis, in perverstigandis autem diligentia ne-
mini cederem, hocq; tenues vestigal Natali meo debitum
ad sanctum ararium Vestrum deferrem, ut enim, quod
res est, eloquar, magnam partem meae majorem literatu-
rae, si qua mihi inest, Leopoli sibi vendicat, cujus ap-
petentiam adhuc in schola uberi materui infanti inve-
nit cum primo lacte, sub magisterio patris puero inutella,
vit, tota deniq; vita ipsa cariorem reddidit.

Nec dubium, Senatus Vester Regnum supra Miner-
vam meam adiit, ex quo multiplex ingenium ejus
injecta, ut verbis Seneca utar, manu e coeno plebeio ex-
tradit, nece amplius infra vulgus pateret, calamo pa-
titio per septem viros suos, doctores meos, quorum nomi-
nibus gratus absurgo, supra nidum gentilem evexit,
eodemq; calamo fortuna priore proscripta fascibus con-
sulatibus musas meas suburbanas adscripsit. Tot
igitur nominibus nomen meum censui ^{Vestro} meo obnoxi-
um. Cum alia ratio expungendi haud suppetereb, il-
lum ipsum calamum a patribus Vestris acceptum
in patrios annales strindi, hoc fascem urbanos fa-
stes popularibus submisi, ut scilicet patriam, quam
mihi vovae nascendi dedit, neq; per Livios Romanos
aeternam, neq; per Augustos Vestrales marmoream
huciq; factam, saltem Lateritia literariam e Russica
Romanam pro virili mea facerem. Quia vero nemo
spernit artificem, nisi qui artem ejus ignorat, vovae
tem et literas probe nostis, et digna illis agente
odisse non potestis, Leopoli quoq; meam literariam
ura cum Architecto ejus fraternam manu excipite, in
Lateritia longum, in literaria aeternum vivite!

In stemma civitatis Leopoliensis Leonem auri,
orbibus pedibus tres colles stella insignitos tenentem.

In coelo stellis in terra montibus altis
Pulchrius atq; nihil grandius orbis habet.
Haec Leo Romanus quoniam gerit ambo trophaea,
Plus

Plus illi coelum nec dare terra potest.

3.

2.
 Vitiferos montes inter munimenta triumphii
 Pompeijum loquitur fama tulisse ducem.
 Sidera, qui saperet coelo, vel rapta prophais
 Adderet Astraeus, nemo vel unus erat.
 Soli Roxanus montes stellamq. Lesni
 Roma triumphatrix deditione dedit.

Jos. Barb. Gynocowicz.

Prophasia.

Caput Russiae australis Leopoldum oscitantes nimirum
 a scriptoribus rerum polonicarum memoratum, asequam
 curatius dicere aggrediar, carptim quaedam de ipso corpo-
 re Russiae, qua maxime in meridiem projectum jacet,
 protibauda dudi.

Nomen Russiae.

Russia ut originis ita nominis sui ore gentico nempe
 Slavonico a Rosfia, quod disseminationem valet, primum
 Rosfiam, postea ad normam alicuius regionum latiali,
 ter torto vocabulo Russiam ve dixit, idq. non porperam
 usurpato, sed ex libris divinis petito synonyme. Sauto
 funditur orbe terrarum, cum agmina aquarum in stati-
 va vetera concessissent, spes posthuma generis huma-
 ni super fluctibus sepulti, mox ea seve resemnaturi in-
 tra tres filios Noemi ad usum plantationis humanae re-
 licta stetit, de quibus scriptum legitur: "Tres isti filii
 Noe, et ab his disseminationem est omne genus huma-
 num super universam terram. Verum a varione literis
 quarum primi Russorum incuriosi an sponte animi
 hanc denominationem usurperint? in medio reliquo.
 Mihi sufficit iam testimonio Augusti historia bene con-
 venire, cui veteres Graecorum fingendis nominibus lati-
 needum hospites, commercis aut connubiis Rosorum
 infecti adolipulentar gentes. Rosos, Rosianos,
 Rosanos, Rosolans quidam spero id est dispersos
 nuncupando. Quod proinde, uti prius, e sacra pagina pro-
 manasse videtur. Terrae illud caq. propter protelatum
 vulgus citis puerperis in sobolem promiscuam auctum,
 cladis

dadis nihilominus in majoribus communi naufragio
accepte oblivioni nescium contra montes aquarum ^{ulsi-}
cium, quarum fontes et inquinamentis vitiorum ^{scaturientes} ~~salven-~~
dere noluerant ~~enturientes~~, enormem molem ad miracu-
lum usq in sublime provectam sibi scilicet suisq post-
genites tutissimum asylum dum molitur, in ipso meridie
opere confusione linguarum pasum inconsulti impe-
tus coeptum reliquit, ipsum juxta discrimina idioma-
tum inter se congruentium in tribus distributum per om-
nem terre ambitum sparsum est. Et ideo vocatum vo-
men terris illius Babel; quia ibi confusum est labium
universa terra, et inde dispersit eos dominus super fa-
ciem eucharum regionum. Sive igitur Russos etavo-
nice Rossianos. Id est disseminatos, sive graece speros
nimirum dispersos appellaveris utrumq vocamen e con-
tactu divini codicis derivatum comperit.

Origo Russiae.

Jam vero postquam dialectus lingua truncam illud opus
mutilavit, germanos autem, unius sanguinis, stolidos
eis, contribulatos et caementariorum principales magistros
in partes voce dissonas nec moribus sibi competentes di-
duxit, turmatim illi, ut quem coetum colloquio ^{solida} ~~tantum~~
vires tetigit, aut casus impulit pars mollioris mentis tor-
ridam solem paludes allucibi emulgentem secuti in aestiva
concessere. Pars hominum duram genus hyberno truces
Boreae et plagam mundi inamoenam, terris infernem,
coelo asperam, aspectu tristem insedere. Ubi quam diu in
colluvie vernacula multitudinis delibuerant, externis
per contemptum ignorati barbari inter barbaros censoban-
tur, privam quoq sterilem litterarum sacculum cum dome-
sticos suos miratur, exoticorum incurios ne nomen qui-
dem Russorum orbi evulgavit, surdum et velut nocte
sepultum diu retinuit, ~~donec ipse vastum mundi~~ donec ipse
vastum mundi silentium strepitu armorum rupisset, et
foemidiae nominis sui longe labaq reparata. Indis pariter
abq Latinis scriptoribus non nisi metu plagarum elemen-
ta verborum imbibentibus notitiam sui incussissent.

Sarmatae.

Sarmatae.

Sam illi supra Tanaim, qui iuxta poetam Lib. 1. elegia 10.

Asiam Cadmiq; sororem
Separat, et cursus inter utramq; facit.

Maecotim, Bosphorum Cimmericum, Pontumq; Euxinum ductu
~~siti~~ a Sarmatis Subani filii, a quo Sarmatae deinde
licentia multitudinis eis Tanaim aperta Europa et in-
tima Aquilonis scrutati utriusq; Sarmaticae cognomina
impleverant, tamen mare illorum Euxinum terra incogni-
ta.

Regio magni paene ultima mundi
Locus inamabilis, et quo
Esse nihil toto tristius orbe potest.
Ipsi homines non homines
Suumq; lupi saevae plus feritatis habentes.

Novissime per Hadribrum a scissillantibus oculis Sarmatae,
a triculentia morum Scythae his potissimum, qui eos
manu non poterant, verbis ulterius ibant, vocitabantur, ho-
rum praecipuus Naso, quem nostra aetate non nemo om-
nium ingeniorum compendium vocat, in Pontum in di-
gnatione Caesaris projectus, ad hybernaculis Sarmatarum
malo suo vicinus feros, indomitos, crudos pellibosq; in-
tonsores, incomptos, pharekratos.

Hostes perpetuos equis sagittisq; potentiores
Quos cruor et caedes bellisq; venper habent.

Et quidquid amplius probiorum dolor verba aopersa di-
ctare volites suggessit, novissime loco convitiis veridicis
egregium aedama tribuit:

Maxima pars hominum necesse pulcherrima curat
Roma, nec Ausonii militibus arma timeat.
Dant illis animos arcus plenasq; pharetrae.

Vilicet in communi orbis triumphali veridicis vobis Sar-
matae romani imperii insimul, dominationi iniquos
libertatis nimios suo arbitrio vixisse, potentiam autem
romanam longe dispartit nationibus formidabilem contem-
turi habuisse. Ut autem in abdita fatorum altius de-
scendamus, uno eodemq; tempore Sarmatae quidem non am-
plius

6
plures agris ingemere, proventus aestatis cum annis ex-
perbare, rerum dulcedine praeda delibuti, et propria pos-
sidere mulierum, alienis inhiare virorum decora effe-
bibrantes, nullatenus sudore adquirere quod poterant, cu-
re parare statuerant. Quare ultro hortos vocare, vulne-
ra mereri, contenti vix mortem contemnere, magnitudi-
nem romanam infra multifidinem suam habere,
nec jam claustra, sed ~~ultimo~~^{intimo} recessus imperii pene-
trare, dum, palam pari audacia et successu, Romani
autem nimia felicitate, cum motum fortuna ulterius
sustinere, neq[ue] spiritibus tumentes concoquere possent,
ad summam potentiam ad eam impotentiam animi dela-
p[er]i, capitolium caput mundi, imperium sine fine, opes
cum Iove divisaes, urbem aeternam, et vero plus quam
homines, humanum fastigium egressos, rerum dominos
vocitare non dubitarunt. Illic ultroque diva fastus
fascasq[ue] vaporis etiam graves fastidire quare, velut
vaticinate prosperorum in orbem eundem recurrentium
fatigata, ne data sua perpetuare, aut uno in loco posita
convalescere paterentur, circulum rerum humanarum
ad summum coactum, cum ulterius iniri ne per virtu-
tem quidem poterat, retro verberant. Nemesis quoq[ue] divi-
na insolentiam populi in suismet divitiis lascivientis
perhasa illos Ioves, ut ait comicus, sepelibiles fra-
gilitatis ^{communis} commonefacere, triumphatores in pompam,
praedatores in spolia, dominos in vincula homini-
bus, sed quod facilius uno illorum terrificante ho-
minum vix nomine dignis dare destinavit. Tum
Septentrio foecundus barbarorum pater, quasi per
anteactos annorum circuitus solis liberis operam
navaret, gentes inmanitate efferas, numero infinitas,
coelo suo, inuti collectaneas, saevitia hyemis et nivis
obduratas in exitium gentis togata propagabat, ut non
sine vano latera Aquilonis, civitatem magni regis, firma-
tam formidine psaltes multis ante praedixerit, cujus
quot cives, tot caeci numinis satellites, nec alio arma-
rum paratu, quam ~~formidibus~~ minis, excidionibus loci,
terroribus
cati

7

cati, a domestico Borea trulentiam, pernicitatem, vinu-
 la, volucres fluvisis, et iracundiam oceanu furentis
 compedibus adamantinis constringentia mutare
 robora juventutis ad praedas suo et aliens sanguine
 parandas, deliciis ac divitiis Italia accedere nun-
 quam cessabat. donec satis fatorem periodicis Mars po-
 pulo martio deserto in hac specula mundi ultima lu-
 dum aperiret, aperuit tandem, et ecce septembris
 alumni qua data porta ruunt, omnes uno ore arma
 arma loquuntur. Quorum prior juncta pharetratis
 Sarmatis ora Petis, iusq; accole, qui nisi de preda
 vivere, turpe putant, cum aliquoties Phraciam, Haecdo-
 niam, Thyrium Pannonias, aliq; republica romana
 membra ferro eruentascent, flammis deformascent,
 Augusto per Lentulum Danubio illos prohibere, cum plus
 non posset, satis fuit nempe aquis pro armis, fluvis
 pro slypes uti.

Roxolani.

Neg tamen diu is limes arma, manus et in his omnia
 habentibus obtulit, potuunt enim rerum Ottone Ictis sti-
 um, quo tum, ut supra retuli, ditiones imperii Romani
 septa clauderantur, superato, novem millia equitum ex fe-
 rocia et successu, caesis duabus cohortibus audenti-
 us supra numerum Moesiam irruerunt, ibi primum
 signis cum aquilis collatis, manibusq; cum manipulis
 convertis, Roxolanos se inter Sarmatas dici ore docue-
 runt, sanguine manubriis inscripserunt. Quippe atte-
 stante Lucio, quia preda quam pugna inveni ferocius
 proelium sumserant, fugati magis quam victi alieno ex-
 ceperunt, ut iterum animosiores redirent, reduntibus
 autem frustra Appius Sabinus et Cornelius Suetus
 jussu Domitiani praesidia opposuere. Una legionum cum
 legato interneione deleta cadauibus viis viam Sarmat-
 tis in Moesiam, qua eos nuper pepulerat, courtravit,
 victores autem ultione et spolis, ad satietatem sese ex-
 plentis reliquis conterraneis suis in peritiores provin-
 cias iter aperuerunt. Interim Domitianus stolidus super-
 bus

bus intercessis mentis nomine hostium Volaticorum, &
quos stylo per otium configere solebat, de commilitonibus
proelio confectis lauream sibi capitulino retulit.

Vandali.

Itaque praecordia et tentamenta virium data, in po-
sterum totam procellam, quam dudum in officina sua
atrox septembris cuderat, effudit. Idem Garmata in
tribus unius sanguinis diversi nominis discreti,
pars Veneti, Veneti, Vindelici univere Vandali circa oce-
anum germanicum, vinum Codanum, recens Veneticum
in gratiam novorum hospitium transnominatum. Al-
bim et Salam tenuis circa ultrag, Vandalem in praesens
Vistulam dubia possessionis apud cum conjugis pi-
gnoribusque suis possederunt. pars lactioris glebae pan-
nonium utraque colonias Latinorum ipso et proprio armo-
rum fugatis suam fecere, ubi prout Germanis aut
Pannoniis misti in habitus, mores, linguasque vicinis,
cum desciverunt. Inde Honorii Arcadii temporibus
per Stiliconem parte reipublice vice stipendii ad pi-
guorem fortunam insitati, terribiles ac in omne ocelus
venales per strages Germaniae, Italiae, Galliae, Hispaniae
in Africam Ferdinandaverunt, non iam advena et peregrini,
sed tanquam domestici et cives mundi in ea quodque lares
vivos fieri.

Gotti.

Non minor tempestas ex eodem Aethiopia palude tanquam
lacu Lemano in ortum scurrit. Gotti seu Getae non nisi
inter faeda manipula super numerati Saturnalia Ro-
mae celebraturi cognominibus ad majorem ^{terrorem} conspersionis
duplicatisque Ostrogotos et Visigotos vere perhibentes
instar fulguris Helis et flammis grassantes Thraciam
primam, Macedoniae, Moesiae, Dalmatiae, Myricum
fragore ipso straverunt, dein quibus, animis et accen-
sione Hunnorum Saborumque contribulium suorum in
societatem ajnovis discriminis absurdorum aucti du-
ctu Siberici, Rogerici, Abarici, Verregio, Attila, Totila, et
que alia solis claudibus Romanorum nota nomina su-
perstitant sine libertatem in urbem regnatricem fulmen
per viscera Italiae lacera et ambusta adegerunt, et hoc
primum

primum lethale vulnus corpus imperii romani nunquam ad
 pristinum statum rediturum afflicto. Quippe victor omnium
 circumnarum populus sub hastam, decora imperii in preda,
 dam triumphii sub iugum barbaris ceperit. Roma autem
 falso aeterna in curio maiestatis vna sepulta. Funus adeo
 vastum et lacrymis totius orbis vix deplendum ambi-
 tissis planctibus historicae barbaricae velut incitamen-
 tis praeficarum deplorare liceat. « Cum conuenerat, inquit
 « auctor, maiestas imperii falsa et effata, martiusq; ille
 « populus post nimiam taudem felicitatem rerum penitus
 « elanguit sus et alieno sanguine congefverat, quod capi
 « possit, laceratus. sibus et injuria ultra impatiens ad vin-
 « dictam conuenerit. Ergo singula gentes orbem terrarum
 « in Italia vincunt, generisq; humani spolia inter barbaros
 « diuidentur. Inter quos subem statim subdit, « Toti ab At-
 « tadio stupendius privati duce Marico per Pannones in Ita-
 « liam irruunt. Igens bellis et rapinis afueta et orbi jam
 « timenda, paucis deinde interpositis, inferit. Liguridemeti,
 « miliani Insubrinuq; fines peruolant, et turbinis instar
 « celeri strage inuoluunt omnia. Summa dadiis et generi hu-
 « mano insolens Roma capiter diripiturq;. Et quod magis
 « rerum dominos debellari posse Toti ostenderunt jam in-
 « pra fortuna formidabiles. Quippe subacta capite terrarum
 « orbis novum iugum metuebat. His promissis de His-
 « nis atrocia subiungit. « Toti trans Alpes dilapsis novam
 « procellam septembrio effudit. Sacrus ille Attala Hunnorum
 « rex funditus delere Romam et romani tollere imperii nomen
 « decreverat, atq; huc per strages et minas ibat. Prima crade-
 « libate Aquileja perit et tanquam una flamma mox Con-
 « cordia, Epistorgium, Albinum, Patavium, Ateste ac dein to-
 « ta illa maritima regio cinflagravit, aliarum urbium fa-
 « tum etiam Mediolanum excepit. Et cum avaritiae hostium
 « sufficeret, crudelitatem minime vatiavit, in homines et lecta
 « vacuitum, igne, ferro, manu pulcherrimam urbem brevis su-
 « per edidit, inde padum transit, omnia cadibus, incendiis,
 « implet ultimam hostitia procellam in dominae urbis moenia
 « ac templa effusus. Sed quo ruis inuicissima bellua?
 « ad crudelitatis famam hac jam vatis cladi si credis vix
 quisquam

10.
"quidquam votis jam trucescentis velus adjiciet. Romam
"patet? Mediolanum Roma fuit, et cum insubrium urbe
"reliqua Italia concidit." Novissime hanc traegediam
"tali catastrophe claudit." Annus tamen tributo, pro
"pudor, pacem ab Attila. Valentinus civit, Augustus a
"barbaro, et eade quam decore carere imperium maluit.
"Hic finis neniae illius, non gothica immanitatis, qui
"illecebris his floribus vernantibus Campanis capti victo,
"suarum suarum vestigia prima relegere non destiterunt,
"donec repetitis irruptionibus Italiam jam sibi familia,
"sem adoptione quadam militari patriam, colonos vero
"ejus nequibus conjugiorum copulatos, aut necessitati
"morem gerentes regnum suum facerent, occulto fato,
"reim impulsu et hostibus municipes, et populatores
"populatores, e Pottis Itali, quod ii volentius reges facti.
"Sed debebatur virtute Sarmaticae ea dignatio, dum enim
"in continentem sacra profanis commiscuit, urbemq ca,
"ptivam toties inter ferula ducunt, parte alia ipse metus
"Pottorum, alterum Romam super struaria maris adri,
"atici condidit, ipsi quoq, latrocinis positos ad studia
"pacis converti agros habo infectos, vey lactiores colere,
"vicos adhuc fumantes reficere, urbibus orsus dare, le,
"gibusq de maritandis ordinibus obsequentes matrimo,
"nia frequentare, gesta Romanorum et exempla in finibus
"dilatandis, et Sabinis raptis secuti, proceres viros veu,
"trobisq, prestiterunt, virilitatis vus specimen foris bello
"absumentis, domi pace procreatis, relinquenter. Roma au,
"tem non tam subjugata quam subacta, forum etiam Augu,
"sti in juvenem lineamentis oris sibi similem de matre Ro,
"mam ventitante jactum, cum juvene eodem in patres
"nostros illic scipius committentes retortum excepit. Sed
"me longius ab instituto proventum Russia revocat, ad
"quam vestigia et ipsa Italia relego, Pottis illic quondam
"nostratibus relictis, coeli, soliq, blandimentis latinum in
"morem emolitis, Capuanam dulci punice Cannas fuisse per,
"hibent, Pottis in Italia, quidquid ferociae brumalis ingeni,
"tem attulerant, sol auonius decidit, ferro otium, homini,
"bus torpor aruginem inducunt.

Stavi.

Stavi.

11.

x mater
as per a

At Sarmatia iniquis et facunditatis post tot clades, ne
 saevitiam suam sterili recordia exole-scere pateretur, non mi-
 nus contra alienigenas, quam virtutis docta degeneres Got-
 tos alios superferare pullos suorum haud diversos mo-
 rum, festinare delectus, cogere glabos, affatum ergo velut
 unda superfluit nudam, alii bellatores non homines
 cohorti veve, suumq; patrimonium ab ostivis gentibus ~~ita~~
 edoneraturi, quidquid reliquiarum gotticarum vab arcto
 vel in proximo comperiunt, traus Alpes tradunt, etiam
 possent durius aliquid in delinquentes statuere, memo-
 res necessitudinis pristinae edilio mulctant. Quam depor-
 tatis, quo se ipsi damnaverant, Italiam assignantes,
 ibi primaevis ardor Gottorum funditus exaruit, fucstra
 reditum in patrias sedes molientibus, fiducia denig om-
 nis in futurum praecisa, dum victores Sarmate posses-
 siones transpugaram inter se partinuntur, et ne aliquando
 cum victis fortunam suam nosciarent, aut titulos misce-
 rent, prisca agnomina consulo edunt, novum autem Sla-
 vorum post tot decora militiae parca e fama cunctarum
 gentium aures pervagata addiscunt. Cujus auspicii se
 ipsos animosiores magnam Asia, maximam Europa par-
 tem occupant, totum Septentrionem sibi solis vacuum im-
 plent Sarmatie fines statuentes Pontem Lusinum, maria
 Adriaticum, mediterraneum, Balthicum, oceanum glacia,
 tem, Tanaim, Danubium, Albim fluvios, Alpes, Carpathiq;
 montes solo junctos, Fauricam et Gymbicam Chersonesos
 novissime Cocharis seu Alexandri aras, Cimmarias bene-
 bras, hincum immortalem, terras incognitas, vacuum coeli
 occursum et motum in omnes.

Et Slavorum deinde familia multum populorum habita,
 loquela, moribus sibi competentium in diversa nomina,
 provincias, contuberniaq; diffusum. Quemadmodum enim
 infans surculus primum in fruticem erumpit, mox in bra-
 chia, ramos, frondesq; juvenescit, tandem in truncum gran-
 dem, atq; sobolem numero saevi multum soli, coelig, possi-
 dentem arborevit, ita vinctuli Sarmatarum ab origine vi-
 mul

— mul ac in nepotes, stirpes prosapias evaluerunt. Illi-
co deesse sibi terram, in qua viverent, non in qua more,
sentire posse arbitrari, examina sua quaque versus dimi-
sere, ferro et vi, quibus nihil clausum novas colonias si-
bi aperientes, ad illius varias appellationes, ut nihil mu-
tabilius hominibus hominumq; nominibus, assumentes.
Unde si quis nexum consanguinitatis Sarmaticæ in ar-
borem reducere voluerit, ad radicem ejus priores Sarmata,
cum sub nomine Scytharum per Asiam Europamq; abscen-
ditur statuet stirpem Adulanic, seu, de quibus mihi
sermo Russois assignabit, residuum Sottis vel quod idem
Getis, Hunnis, Vandalis, verniliter Polovciis, cummittatem
ipsam Slavis tribuet, in ramis autem gentes numero,
has ab his pullulantes Bulgares, Scirios, Circassios,
Serabos, Croatas, Dacos, Adulanos, Ungros, Dalmatas,
Polonos, Bohemos, Silesios, Moravos, Livatios, Pome-
ranos, Borussia, Lithuanos, Samogetas, Moschos colto-
cabit. Porro truncus arboris hujus radicitus Sarmata,
tie adhaeret humili, in alienum septa transgressi qua,
tecumq; confinium nati a patriis institutis et moribus
in peregrinos transierunt Daci, Moldavi, Bulgari Ser-
vi, Booni Turcico imperio, cultusq; paedantur: Setae,
Circassii, Polovcii, Siliostrii in Scythas pone desciverunt,
Pravii, Croata, Dalmate ore habitusq; hungarico utuntur:
Burgundii, Misstii, Bohemi, Pomeranii, Silesii, Moravi,
Vindi teutoniam sonant: Istrii, Caristiani, Carinthii ab Ita-
lis regnantur, Moschovita homines inhumani velut alio
orbe clausi sua feritate fruuntur, soli Russoi genio soli
natalis capti nativas sedes mordicus retinent. Egesto
enim, quidquid turbidum inerat, Russoiam suam in for-
mam provincie reducerunt, et cum primitus Hamassovii
essent ex plaustris in teguria migrarunt. Unde paula-
tim e maralibus vici pagiq; ex his oppida urbesq; surre-
verunt, in quibus primum plebs et numerus, postea
quo quis opibus et clientela alios antebat, primores
et magistratus novissime potentia vel ambitione prin-
cipes.

Divisio Russoiae.

Primi varii fratres velut arbitros se Russoium volentibus
popularibus parentes Russoiam eodem radio, quo orbis descri-
bitur

bitur, in septentrionalem et australem menvi, ne aliqua ^{13.}
pars domus illorum sine dominatu esset, australem, de
qua mihi res est, et qua Poduciam, Volhyniam usque
aliisque tractibus in medium diem porrectis spatibus suis
complectitur, in Nijum, Scircum, Chorevum sororemq; illo-
rum Tebedam partiti sunt, quibus fato sterili consursum,
tis Purico, et interversa aliquantulum successione per
Avoltam ac Dyram, Igov, ab excessu autem hujus
Stolas, demum Vladimirov hereditas cecidit, Vladimiro
rus et Balusva pellice Stolas inceptus super recordi-
am innatare velerum non rudis deesse vibi quid,
quid ab aliis possidebatur arbitratus in domesticos
penates dolo contra nationes circumjacentes vi gras-
sari statuit. Olgam et Caropolcum ex justis nuptiis
fratres periculis inter se committit, superstitem,
quia magis divum quam vivum videre optabat, vi-
sulatione amicitie trucidat, tandem munia rei publicae
et vulgariis in se pertrahens, solus principatum in-
vadit. Tum primum unum corpus Russiae unius ani-
mo regi et omnium manibus defendi coeptum in no-
tem ingentem roburg adolevit, aduatum ductu Vladimiro
viaticos Dulepov, Sarygas, Croatas ipsosq; Bulg-
ros latrociniis infames et imperio Constantino poli-
tans graves ad tributa damnavit, Pecingov ob per-
nicitatem multos in desertum submovit, Cronium vel
que eadem Cherisonum urbem ponti nec non septuagiu-
ta castella ad marginem Sotii posita praecis, premissi-
am, Cervenum jure victoriae aliq; minoris nota oppida
sub Miceivlao Poloniv ademit, Jam intima Thracia in-
poniq; orientem ferro penetrare agit autem Barilius et
Constantinus Augusti hastis argenteis a finibus
suis proturbant sponde operentes, quod inviti largitari
erant, neve quotannis quiddam tributariam emendica-
rent illustri affinitate destinata Vladimiro in matris
monium sorore sua Anna feritatem illius devinciunt
sed frustra sanguinem suum illi misissent nisi firmis-
sibus vinculis legis christianaee, ad mors aperiam, non
jam manus sed animum ejus ipsa pace vacuum illigat,
sunt

Podolian

14.
sunt, ut aut tamen delectatus vi ablata indulciscit in matrimonio,
vix et quod ridiculum pro dolo a quodam Graeco per-
suasus occidiones priores numerosa prole supplere
passim liberis operam dedit, quibus auctus tot victo-
ris patriam gloriam facunditate corruptis duodecim
novis ingens ^{materna} ^{ad} ~~sedem~~, quae patriam vult acerrima
venerabilium, dum enim singuli de principatu digladi-
antur, ab aetheris universi vincuntur, viribus Ruffia
instar fluminis navigabilis per multiplicatos abros
diminuti in partes distractis. Insuper sepeus malum
et victis familiare accessit, auxilia potentiorum jam o-
lim opibus Ruffiae inhiantium implorata, nec vine va-
no submissa, quibus postea Ruffiam vicus Romani
sociis succurrendo orbem terrarum subjugarunt.

Religio Rufforum.

Superstitiosa antiquitas loco unius infinitos vice verisa-
belos et multos et natos deos colere, solita caelo in ga-
neam, stabulum ac Poneropolium quasi verso, scotis hinc
chis, lateribus aliisque monstris propudiosius illud dexte-
navit, ipsa ridiculis deaestros dicitur inter frutices et
stera enatos plerumque ficulnos aut valignos manibus
suis in effigies formatos reverebatur. Communis error
Ruffiam quoque involverat, volebat inter contubernales im-
pio sola pia censeret, a Sarmatis munera, velut ignem
a vicinis contactu accepit, quae illi Staticam perculhan-
tas inter spolia ^{ce} ^u tangquam captiva secum adduxerant
cultumque horum a mancipiis romanis didicerant. Illa
gnates Ruffiae Perunum fulmen maximis supplicis
dignabantur, quoniam et ipsi fulmina belli, et suum de-
structionem destinatum in Romano fulmen prois
auribus audiebant. Modimirus in crepidine montis
Rivoia impudenter delubrum ^{in eodem} ^{idolum} in fulmen trunco in eoq-
quans, capite argenteo, aureis auribus, quo mollius pre-
ces acciperet, factum collocaverat. Reliqua plebs ad libi-
tum sivo lapides, diosque arbores libis, castis, adoseis
aliisque agrestibus placamentis pariter fatigabat, puella
cruda adhuc maritis Dianam venuliter Divocannam, un-
de hucusque innupta virgines Dziwki appellantur, diatrone
venerem

Venerem experta hanc ipsam deam ultero venientem ¹⁵ ~~liri~~
 liam infracta voce, cuius nondum oblito carmina per
 cennia primis tenebris et thalamis sub involucris
 zula et per nostra tempora cantitach. Parales femi
 na Cererem a messe Loncam cognominataui, et ipsae ab
 eodem ministerio rusticiis Lone dicta. Agrarii, vicari
 pagani panem, qualiter heros suos usq; nunc compel
 lauit. Tandem eodem ferme tempore, quo Poloniae lu
 men orthodoxae fidei per Dabrobkam Bohemam chieci
 elai consortem a partibus occidentis affulsit, Prussiae
 quoq; favor divinae gratiae cura et studio Annae Bavi
 cae et Constantini Cosarum germanae Modimiri Magni
 conjugio ab ortu illuxit, ipsa benignitate superuen
 ita ordinante, ut a mulieribus bonis malisq; arte
 bus iusta mixtio et non pices impietatis et dies
 evangelicae veritatis exordia sumerent, prout secutis
 temporibus Lithvani Hedvige similiter procurante
 suave jugum Christi acceperit; quavi fatale nostro agni
 loni per requiem vaxum in pibus ^{inchiusaq;} aegerare et rena
 sci, vel quia apud magis credulos pios auditus faci
 lius animum occupat vel requies generis humani
 adminicula validiora aspernante, ubiq; autem esse sibi
 cura salutem nostram, non esse uttionem comprobante.
 Igitur Modimirus Saracenorum deliriis, Iudaeorum
 superstitionibus, ad quas invitabatur, repudiatis, cere
 moniis Latinorum quasi abstrusis minus probatis,
 in sacra Praecorum transiit, blanditiis uxoris huc
 cum maxime impellentibus, estemplo post lucem coe
 litus haustam oblitus ve Modimiraum fana, lucos, sta
 tuas proturbat, horridum simulacrum tonantis cau
 dit, vaccarum obscrae tractum Boriotheni submer
 git, ipse cum familia sacro fonte initiatus, vernacula
 multitudo iisdem lavacris tincta feritatem gentilem depa
 suere, Christum induentes, qui flammis charitatis sua
 supervenientis ferrea corda emollit, nec gentes vinib; es
 se truces. Alhina in Russia alii mores non homines
 instituta, ritus a Graecis libera, artifices, a Saxis inventa
 receptaq; hucusq; mordicus retinentur, praesertim ab agre
 stibus

16
stibus pertinacia pro virtute utentibus, cujus farinae et
alibi pravitates ethnicorum pagatim diutius fove-
tes pagani post gentiles habitati sunt.

Reges Russiae.

Vetus ac jam pridem insita mortalibus dominandi
cupido Russiam quoque pervasit, ut primum capax sum-
mi fastigii videri fortibus duos reges alteraque tragicum
cornicubi, alterum momentaneum, utrumque tanquam in
scena spectavit, primum poloni Colomanium Hungarum
e domo regnatrice in hanc fabulam produxerunt, lactis
ut asolet, inter prospera principis, demum pedendo
exiit, Hungari quidem non multo ante ^{Russiam} ~~Polos~~ precepe-
runt, cum Beta filium Andream sub persona Volodi-
miri principis ignorantibus Russis obtrusisset, Polo-
dimiro interim edule et supplicii contra fas gentium
catenis onerato. Jamque Russi alias increduli dolis ar-
mibus Hungarorum inctum Andream portis patenti,
sue ^{pro} Volodimiro receperant, quem ille falso ponere se
sequi vulgabat; sed mox, ubi fraus in apertum erupit,
Volodimirus quoque custodibus frustratis citius occurrit,
vet, confestim Andreas totus in fugam versus dese-
ruit principatum malis artibus partium, desideria
tamen reciperunda aliquando Russis animis Hun-
garorum ab inde inhererant, nec minus Polonos sti-
mulabant acriter impendia cognati sanguinis in su-
bigenda Russia, nunquam tamen ad plenum suba-
cta, in irritum profusa. Quare velut alienam invivam a-
pud se habebant, ut propriam aliis largiebantur. Sorte
tam Salomea Alexi Albi soror in mandum Colomani, cu-
jus recens memori, convenerat, uxore ergo Russiam
hucusque dubium venit suam Poloni in dote numerant
ex alieno abunde largi, neque abhorruit ab alienis etiam ^{ditionibus}
venilis animus ~~ditionibus~~, quin sociatis consiliis copi-
isq; Polonicis et Pannonicis Russiam montibus propio-
rem famam sui festinatione preveniens invexit. Galliciam
gentis caput principe aliis motibus distans vacuum autem
cepit, tunc primam quasi bello penitus profligato pompa
majestatis

17.
 majestatis repentina adornatur. Colomanus cum Salomo,
 a diadema a Vincentio Racoicensi prorege suscipit. Sub
 Odorovonius Cancellarius sequi cespitum terra cum clavi-
 bus et in his possessionem Russia illis assignat, pu-
 blice reges Palatiae et Lodimiria nimirum Halicia et Wo-
 lodimiria a gratulantibus salubantur. Novum id et inso-
 lens altius in animos Russorum descendit, qui facili-
 us sanguinis sui dominos, quam alieni servos ferre pos-
 sunt. Sed ne mora igitur pernicibus multum Roci slavi
 princeps accideret, qui festinus pavitis intestinis odiis
 advolat, et velut ad commune incendium est tin-
 guendum vires Russia, Volodimirum, Roci slavi
 utrumq; et lecta Polovciorum corpora secum trahit,
 instruitur ab utring; infectis scies, gladius, filio co-
 minus eminens non jam de regno sed vita secum dis-
 cepit, donec eventus, equus belli iudex pro Russia
 decrevisset, Colomanus campis castrisq; edutus exilio
 in carcerem quod facilius cum regina compingitur, ubi
 anno exacta nec nisi accuratissimis precibus patris
 exvolutus, et absurdos popularium humores baltem fa-
 ma vacui nominis pasceret, umbra regis verius quam
 sed precarium inter Russos traxit spiritum, vibi titulo
 inani, Russia potentia imperii relicta.

Proxime hunc Daniel in eadem orchestra ex se na-
 tus Russia sed sequitur. Hic Romani Roci slavi et
 Volodimirici principis filius supra ditiones hae-
 ditarias tota fere Russia meridionali qua minus et
 deditioibus in factionem suam pertracta, quod novis-
 simum in magna fortuna accidit, ad regnandi libi-
 dinem curas intendit, et tantum liceret regi quod
 Iovi, neq; ignarus homini in homines infirmiter non,
 nisi a deo vel eorum internumptis dari, totus in artes
 suas versus ad Opisonem Mesocausensem abbatem ab
 Innocentio IV. pro legato in Poloniam missum ambigui-
 as procer componit et mittit. Se principem Christianum
 "omnibus ejusdem vocationis per cognationem fidei ⁱⁿ me
 "tam inmanitatem, rapinas, libidinem Tartarorum etc.
 "crari, neq; amplius diras varitates, quotidianas ades
 "stupra, incendia, captivitates, gemitus populi christia-
 ni

18.

ni visis oculis depectare vel surdis auribus praesi-
ire posse, torpeant alii scordes sine manibus dynasta,
et securi spectent monstra natura Barbaros per ovilia
Christi impune grassari, omnem aetatem, verum ad libi-
ta canum immundissimorum uberibus matrum abripi
se in limine Europe nullis munitionibus clausa velut
primo furori expo situm, ire obviam cruentissimis bellu-
is, et si alia vota non successerint, objecta sui corporis
aditum procludere statuisse, esse sibi viros et arma
et animum cujusvis ausi capacem. Auctoritatem so-
lam, qua alios satrapas Russiae ad societatem defen-
sionis pie illiceret, vel abnuentes vi dominationis
impelleret, desiderari.

Veniret ergo oculus in Russiam seq. coram in gre-
minum Ecclesiae Romanae receptum vestem insignis
post Colomanum otiosus non ambitioni sed militie
sacra devoveret, adversum asperrantes velut telum
iriret, plerumq. inania honorum valva republica chri-
stiana dari et accipi, hic utilitatis, securitatisq. plu-
rimum. Percussit ea legatio animum abbatis pulcheri-
mum facinus se patraturum estimantis. Russos
schismaticos pervicaces orthodoxis associare, juven-
tutem vero illorum bellis operatam velut umbonem Tar-
tari opponere. Quare nihil intermissa festinatione Rus-
siam inchoiter assumtis secum aliquot Polonis, qui
etiam, quod in votis habuerant facile crediderant. Ve-
nientem Daniel comitatu splendido in modum agmi-
nis composito edipit, equo attalice instructo suprapo-
nit ipse pedes, equitem frenis apprehensivis instar sta-
bularii, qualis honor ^{bus} duce^{bus} Moschovia patriarchie
die Oechophoriorum etiam nunc exhibetur, in penetrale
urbis deducit, hospitium pollicitis, comites donis omnes
blanditiis onerat, ad quodvis obsequium demissus, ut
alios calcaret. Inde majore dictis fides nullumq. dubi-
um, postquam ejuratis erroneis opinionibus promissa
ve expleturum arcano damnavit sacramento, palam mu-
tationem sacrorum non ausas, ne plebem ad ultimum
pro religione obduratam, et promptius vitam, quam ri-
tus receptos deserentem alienaret, contra irruptiones
Sylthicas

Scythicas verbis magnifica, serum inania ab inaspe-
 ctu belli facile creditur. Quibus Legatus in speciem deli-
 mitas, ut partem pondus, conventus coronidem adderet
 actorem ludicri huius subdolum acrimum fallaci,
 bus blanditiis videntem diademate evincit, regem so-
 lemniter in auguratum Russia australis evulgat. Jam
 Russia regem, jam rex Russiae omnia vitia nullam vir-
 tutem regiam habuit, proreus eodem die, quo Legatus
 in Poloniam, Daniel suum ad ingenium rediit. Sac-
 rus, turbidus, cruentus et quae talia animi mala tan-
 tioper supposita aineri doloso cupido dominaudi fla-
 grantior omni affectu in eo accendit. Unde invisus
 seruis, infensus omnibus, maxime Polonio, quorum ere-
 scentem in dies fortunam agris oculis suspectabat,
 palam laceflare non ausus per occultas fraudis et
 scelere vias, quas nemine docente regnum docet, ca-
 pere non destitit. praedonum globos per secretos tra-
 mites immittendo, Tartarorum quotidianos hostes ad
 captus sollicitando, suosq; satellites habitu barbaro
 abditos turmis illorum immiscendo. Tum demum
 Poloni credulitatem, Legatus facilitatem suam damnare, illi
 machinato rem doli temporibus suis callide invidiam
 artibus ejusdem velut cuniculis adversis petere, hic regi-
 a se uncto personam male dissimulalam demere, donec eque-
 atq; olim rapinis et caedibus Danieli regem agenti fura
 majestatis immiti recepto abrogaret. Non stultis igno-
 miniam hanc insolens contumeliae animus, vero dario
 rapidissimis in urbem expeditis Doo hominesq; obte-
 stantur, ne, quidquid Tartari inferna gens violenter Rus-
 si danculum hactenus deliquissent, suo sceleri aspernetur.
 "pleraq; bella conditum potius quam armis transigi, hinc
 "quosq; remedia temporis aperturum, jam et semina cul-
 "tae divini sinceribus in mentibus subditorum jacta
 "messem spemam portendere, ceremonis ipsis quasi pere-
 "grinis in tempore sepositis, quod reliquum ratio requirit,
 "sit, mora posse sanari, se in fide semel data ^{firmum} perstare, dum
 "modo domui suae ad summum fastigium coepta incita-
 "menta virtutum non subtrahantur." Jam atrox mendaci-
 "um etiam apud summum hominum locum reperit, obtemer-
 "religionis datum. Iterum ergo misou pontificis Opio in
 Poloniam redit Prandotha Cracoviensi aliisq; praesulibus
 Legatus

20.
Stipatus Drochicinum appellat, ubi stipulatione priori in
staurata, et iurejurando, quod regni gratia violandum qui-
dam censuit, renovato Danielis edaugustatum in nomen,
soliumque pristinum restituit, nullo, ut antehac, opere pretio,
siquidem Daniel regnum iterato flagitio partium bonis ar-
tibus exscere, aut veterem Danielis educere nunquam po-
teat, Quare regnator hominum Deus cum rege profano
regnum bis eminentium simul extinguit.

Russia Poloniae addita.

Et jam fatigati gressu Polona iter in Russiam adstruente,
belli principes Lechici non defuerunt duplici simul viâ qua ^{subro-}
viri connubiis et auxiliis illam adrepentes. Legimus
populum romanum vocis defendendo terrarum, et pa-
trum nostrorum memoria Othomanicam tyrannidem
potiori parte felicio Hungariae potitio esse, scimus
brachia quos puellarum in splendidas familias deruben-
tium sellas, fascas, trabas aliorum asportari, ipsaq; re,
qua extraneis dominis conjugari et subjugari gusti-
de spectamus: in eodem tene compendia Poloni Russiam
pedescentem intrarunt. Primum latitum Boleslaus acer mi-
litia princeps porta aurea reserata ferro aperuit, Svatope-
lko Nijovia in exilium acto quem iuxta implorante, Mosdi
miro ille cum Jaroslao ortum debebat, quos principes se
meminerant, socios ferre nolent, fratres esse oblitum vult,
armis de primatu disceptabant, iuxta in manu vorantes,
tamen major pars vicit meliorem. Victus Boleslaus ea tem-
porestate bellis celebrem flatu in ultionem accendit, pro minus
ad supplicia pertrahit. Boleslaus fides patrios per Mo-
dimilium ignominiose circumcisos avidius restendere
